

Les sources manuscrites de la théorie de la musique  
(S. IX-XVI)

---

Trier, Stadtbibliothek (D-TRs)

Ms. 8° 761/309, f. 146r

Transcription : Christian Meyer  
(novembre 2006 – rév. oct. 2017)

<sup>1</sup> In .C natura, ·f· b mol, ·g· que b dura.

<sup>2</sup> Sex sunt voces quibus omnis cantus constat : *ut, re, mi, fa, sol, la.*

<sup>3</sup> Sed littere clavium sunt septem ·a·, ·b·, ·c·, ·d·, ·e·, ·f·, ·g·, quarum media est ·d·. <sup>4</sup> Pro quo notandum quod ·d· semper invenitur in medio manus, s. in digito longiore et hoc non sine causa.

<sup>5</sup> Cantus est triplex, s. b duralis et subdividitur in tres cantus, cantus b mollaris [et] subdividitur in duos cantus. <sup>6</sup> Tertius cantus est naturalis et habet duos cantus.

<sup>7</sup> Omnis cantus b duralis semper incipit in ·g·, b mollaris in ·f· et naturalis in ·c·. Et hoc vult versus predictus :

<sup>8</sup> In .c. natura, .f. bmol g.que bdura.

<sup>9</sup> Et volens esse bonus musicus debet auscultando canere, simul incipere cum aliis, et non debet caudam tenere neque tumultuare voce.



<sup>10</sup> Semitonium. Thonus. Semidytonus. Dytonus.



Dyatesseron. Dyapente. Tonus cum dyapente

<sup>11</sup> Semitonium (*j suprasc.*) semel ad proximam. <sup>12</sup> Tonus (*i suprasc.*) quater ad proximam. <sup>13</sup> Semidytonus (*ij suprasc.*) bis ad

tertiam. <sup>14</sup>Dytonus (ii *suprasc.*) bis ad tertiam. <sup>15</sup>Dyatesseron (iiij *suprasc.*) ter ad quartam. <sup>16</sup>Dyapenthe (iiij *suprasc.*) bis ad quintam. <sup>17</sup>Tonus cum dyapenthe (vj *marg.*) semel ad sextam.

<sup>18</sup>Item proportiones in simplici cantu non facile reperibiles : dyapason ad octavam, semidyapason ad octavam, dytonus cum dyapenthe ad septimam, semidytonus cum dyapenthe ad septimam, semitonium cum dyapenthe ad sextam, semidyapenthe ad quintam, tritonus ad quartam.

**1** cf. TRAD. Holl., *passim* (cf. Meyer, *Versus*, p. 92)